Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bono utere dum adsit · cum abest non re
quiras nisi forte adolescentes puericam
paulum etate progressi adolescencam
debent requirere · Nam cursus etatum
nunq̃ retorquebitur cursus unus est
certus etatis · & una uia nature · eaq;
simplex · suaq: cuiq: parti tempestiui
tas est post data · ut enim infirmitas est
puerorq; & ferocitas iuuenum & grauitas
iam constantis · sic senectutis maturitas
naturale quoddam habet quod suo tem
pore percipi debeat : Audire te arbitror
scipio hospes tuus habitus maximus
quod facit hodie Nonaginta natus
annos cum ingressus iter pedibus sit
in equum omnino non ascendere ·
cum autem in equo · exequo non des
cendere · nullo imbre · nullo frigore ·
addita ut capite opertus sit · sumam
esse in eo corporis siccitatem · itaq: om
nia exeq regis officia & munera · Pote
st igitur exercitatio & temperantia